

Franckesche Stiftungen zu Halle

Copia Epithetorum, Substantivorum, Verborum, Adverbiorum, Item Indices Deorum Atque Herorum Veterum, Descriptionum, Comparationum, Periphrasium Ac ...

Jani, Christian David

Halae Magdeburgicae, MDCCLXXIV.

VD18 13046624

IV. Index Periphrasium. (Inseruntur Passim Phrases Poeticae, Epitheta Exquisitiora, Et Descriptiones Breviores).

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-201533

TIMORE ANXIUS, cum *agna* et *lepore*. Ouid. Met. 5, 626. cum *agna* et *columba*. id. Met. 6, 527. Tr. 1, 1, 75. cum *agna* et *ceruo*. id. Trist. 3, 11, 11. cum *columba*, *cerua* et *lepore*. Sil. 5, 279. cum *pecore*, *visa tigride*. id. 4, 333.

TIMORE TREMENS, cum *mari*, *leui aura commoro*, et *virga fraxini*. Ouid. Her. 11, 75. cum *segete*, *arista*, *canna*, *frondibus* cet. *vento agitat*. Ouid. Her. 14, 39.

TIMORE FUGIENS, vid. *Fugiens*.

VXOR AMANS MARITI, cum *Andromache*, *Laodamia*, *Penelope*, *Lucretia*. Ouid. Tr. 1, 6, 19.

IV. INDEX PERIPHRASTIVM.

(INSERVNTVR PASSIM PHRASES POETICAE,
EPITHETA EXQUISITIORA, ET DESCRIPTIO-
NES BREVIORES).

ABUNDANTIA. Pleno copia cornu. Hinc tibi copia manabit ad plenum benigno ruris honorum opulenta cornu. Aurea fruges Italiae laeto diffudit copia cornu.

ADOLESCENTIA. Prima iuventa; primum aeuum; aeuum florens, viride. Flos aevi. Flos primaevus iuventae. Vernans, mollis, mobilis aetas. Florida tempora vitae. Aetas mollis et apta regi.

ADVLATOR. Diuitis culinae auceps. Vinctae tractus nidore culinae. Vendens vanos circum palatia fumos. Mellitis fallere verbis doctus.

AEDIFICARE. Muros, moenia, moles, attollere in auras, moliri, iacere, educere caelo. Templum de marmore ponam.

AER. Aëriae plagae. Aetheriae auras, domus, orae. Aetherei tractus, campi. Aetheris spatia. Magnum inane. Vacuum. Purum. Magni inania caeli. Iuppiter humidus Austris.

AETAS. Aeuum praepes, velox. Aevi spatium. Angusti terminus aevi.

AGER. Diuitis uber agri. Iugera terrae, ruris. Camporum aequor. Aequor apertum. Vestita, flauentia messibus arua. Flauen-

Flauentia culta. Florea rura. Dos uberis arui. Culti iugera magna soli. Culta noualia. Vestiti gramine campi. Diffusi iugera campi.

AGRICOLA. Cultor virentis agelli. Arua colens rustica pubes. Rustica turba. Ruris colonus. Curui moderator aratri. Felix agrestum iuuentus, diuitiae quorum sunt messis et arbor.

AGRICOLARVM ARMA. ARATRVM. Pondus aratri. Incurui graue robur aratri. VOMER. Vncum ferrum. Vncus dens. Dens vomeris. Dens patientis aratri. Sulco attritus vomer. LIGO. Sabelli ligones. RASTRI. Iniquo pondere rastri. PLAVSTRVM. Tarda Eleusinae matris voluentia plaustra, stridentia, querula.

AGRVN COLERE. Terram (arua, campum, agrum, solum, humum, tellurem, glebas *cet.*) aratro (vomere, ferro, ligone, iuuentis) rumpere, frangere, scindere, profcindere, findere, vertere, versare, inuertere, renouare, subigere, sollicitare, colere, excolere, exercere, insectari, domare, moliri, signare, sauciare, fscalare. Telluri insindere fulcos. Campum horrentem fractis inuertere glebis. Vnco glebam dinouere aratro. Conuellerere glebam prono vomere. Exercere tauros. Fodere arua. Attritis ligonibus versare glebas. Teneram ferro sollicitare humum. Insuetum ferro profcindere campum. Pingue solum fortes inuertunt tauri. Tellus dente recluditur unco. Depressio mihi taurus aratro ingemere et sulco attritus splendescere vomer incipiat. Colla iubet domitos oneri supponere tauros, sauciet ut duram vomer aduncus humum. Patitur cultus ager. Glebam prono conuellit vomere taurus. Ducere araturos sub iuga tarda boues.

AMICITIA. Amicitiae foedus, nodus, usus, vincula sacra, fides. AMICVS. Longo cognitus usu. Primis iunctus ab annis. Fidum pectus, nomen. Bene mutuis fidum pectus amoribus. Animae dimidium meae. Animae pars. Desiderii pars maxima nostri. O luce magis dilecte. Non mihi, quam fratri frater, amare minus. O mihi post ullos nunquam memorande sodales. O, cui praecipue fors mea visa sua est. O mihi Thesea pectora iuncta fide. Animae, quales neque candidiores terra tulit, neque queis me sit deuinctior alter. Ibimus aeterno connexi foedere.

AMOR. Amoris flamma, ignis, aestus, ardor, vis. Cupidinis tela. Paphiae faces. Flammae Idaliae, Dioneae. Cypridis ignes. Amoris spicula. Cupidineae sagittae. Venus casta, sancta. Irrupta copula. Est mollis flamma medullas.

M 5

Taci-

Tacitae serpunt in viscera flammae. Torrerī face mutua. Graui faucia cura, vulnus alit venis et caeco carpitur igni. Ardet amans Dido, traxitque per ossa furorem.

AMARE. Amore capi, ardere *cet.* Plus oculis suis amare. Succumbere amori. Vri ignibus tacitis. Amoris faucia telis gerere corda. Haeserunt tenues in corde sagittae. Tacitum nutrit sub pectore vulnus. Molliter illum urit amor.

AMPECTI. Colla tenere. Dare amplexus. Ire sub amplexus. Collo brachia ponere, ferre, implicare. Circumdare brachia collo. De collo dulces pendit onus. In patris blandis haerent ceruice lacertis.

ANGELVS. Caelestis nuntius aulae. Pennipotens iuuenis. Aligeri chori. Caelestes genii. Caelestis exercitus. Caelituum phalanx. Pennata acies, populus felicitis Olympi.

ANIMALIA, FERAE, APER: Marfus, Vmber, Lucanus (Calydonius, Aetolus, Erymanthus, Maenalius). Fulmineus fus, Dente minax, timendus. Setis horrens. Spumeus ore. Vulnificos acuens dentes. Fulmineos praiceps egit ira sues, strictisque erexit pectora fetis; igne micant oculi. **CAPREA:** Capra filuestris, montiuaga, montibus errans, rupe pendens, amans saxa. **CERVVS:** Aëripes, aripes, viuax, alipes, cellus in cornua. **DAMA:** timidus, prorsus in fugam. **LEO:** Magnanimus, Massylus, Libycus, Poenus, Getulus, Marmaricus, Caspius. Siluarum pauor. Dominus ferarum. **LEPVS:** Auritus, pronus. Velox, timore. **LVPVS:** Praedo, praedator, raptor, latro, nocturnus, Martius, Martialis. Ouili insidiatus. Genus acre luporum. Balantum tenero turba timenda gregi. Ingens campis pecorique timor. Impasta truces vlulatus turba luporum exercet. Quaesitum matri multis balatibus agnum a stabulis rapuit lupus. **TIGRIS:** maculosa, Hyrcana, Caucasea, Caspia, Gangetica, Parthica, Armena. Bellua Hyrcana *cet.* **VRSVS:** Villosus, armatus unguibus. Hispida turpes praelia villosis ineunt complexibus ursi. — **ANIMALIA RVSTICA.** **AGNVS:** Laniger, bidens. Foetus ouium. Lanigeri suboles gregis. Onium teneri foetus. **ARIES:** bellator, petulcus, cornu ferox, tortis cornibus spectabilis, villo decorus. Dux lanigeri pecoris, gregis. **ASINVS:** tardigradus, turpis, tarde gradiens. Arcadicum pecus. Hellespontiaco victima grata Deo. **CANIS:** odoratus, vocalis, clamosus, Molossus, Lacon, Spartanus, Amyclaeus, Belgicus. Villae, domus, pecoris custos. Latratu vigili omnia complens, fures arcens. Nuntiat hostes cura canum. Domus alta Molossis personuit canibus.

bus,

bus. Comites, sedula turba, canes. Gressumque canes comitantur herilem. Blandas mouentes per aëra caudas. Leuifomna canum vigili cum pectore corda. BOS: Laborifer, rusticola, toruus. Laeta bouum armenta. Corpora magna bouum. CAPER: Cinyphius. Ouidum pecus. Vir s. maritus olidi gregis. Vir gregis ipse caper. CAPRA: Sina. Amantes saxa capellae, lacte distentae, culta vrentes. Olen- tis vxores mariti. Non ego vos dumosa pendere procul de rupe videbo. HAEDVS: Tremulis cum vocibus haedi. La- sciui suboles gregis. IUVENCVS: Iuga detrectans, campo insultans. Nondum rupta fronte iuuenus. OVIS: Lani- gera, imbellis, mollis. Niueo vellere vestita. Placidum ge- nus. Molle pecus. Grex laniger. Grex balantum. Lani- gerae pecudes. Bicens. PORCVS: Sordibus gaudens. Glande laetus. Setiger. TAVRVS: Indomitus, fronte minax, timendus, colla tumens. Armenti dux. Pecori imperitans. Pedibus arenam spargens, lacescens cornibus auras. VACCA: Tarda bos. Tauri coniux. VITVLA: intacta ceruice iuuenca. VITVLVS: Campis luxurians. Par- uus armenti comes. Bima curuans iam cornua fronte. — ANIMALIA ALIA. EQVVS: Vid. l. e. ELEPHAS: In- dus, Getulus, Libycus. Getula bellua. Turrito bellua dor- so. MVS: Exiguus. Sub terra ponens domos. PANTHE- RA s. LYNX: maculosa, picta. Pictarum fera corpora pantherarum. SIMIVS: Humani simulator simius oris. Hu- manos artifex sequi mores. Moris humani sequax. VVL- PES: Astuta. Fallax vulpecula. Corti insidians. ANIMA- LIA MINORA. APIS: Vid. deinceps. ARANEA: ope- rosa, sublimis. Inuisa Mineruae. Auis quondam doctae cer- rare Mineruae. Muscis insidians, retia tendens. Tenuem texens telam. Vaga tereti discurvit aranea tela. Pede graci- li deducit filum. Leue deserta sub trabe fingit opus. Sum- mo pertexit flamina tigno. In foribus laxos suspendit ara- nea casses. Sedet nigro venator araneus antro. BLATTA: Tenebrarum alumna. BOMBYX: Vermis Indicus, laniuo- mus. Pubes laniuoma. Grex lanifex. Fundentes ditis opes vteri, de pectore filum, tenuia texta. CICADA: Rauca, arguta. Ebria rore. Siluas carmine rumpit. Raucisonae penna stridente cicadae. Quae messorum solatur opus. Can- tu querulae rumpunt arbusta cicadae. FORMICA: Sedula, paruula, frugilega. Non incauta futuri. Condens in bru- mam noua farra. Farris acervum populans. Inopi metuens senectae. Granifero vehens ore cibum. MYSCA: Improbata, impor-

impor-

inportuna. RANA: Garrula, loquax, querula. Limosae paludis incola. Vererem in limo ranæ cecinere querelam.

ANNVS. Anni vices. Volubilis anni orbita. Rota præcipitis vertitur anni. In se sua per vestigia voluitur annus.

ANNVS VNVS. Annum spatium. Annua mora. Magnum sol circumuoluitur annum. Annuus exactis completur mensibus orbis. Cum sol duodena peregit signa. Signa Deus bis sex actio lustrauerat anno.

ANNI PLVRES. Signa recensuerat *bis* Sol sua, tertius ibat annus. *Tertius* aequoreis inclusum piscibus annum finierat Titan. Te iam *septima* portat omnibus errantem terris et fluctibus aestas. Iam *tertius* December filius honorem decutit, ex quo *et*. *Quarta* redit duris haec iam messoribus aestas. Bruma *ter* posuit niues, et *tertia* iam falce decubuit Ceres. *Quarta* tribus lustris addita messis erat, *Et* careo vobis, *quatuor* autumnos Pleiæas, orta facit. Hic tibi *bisque* aestas, *bisque* cucurrit hiems. *Et* patria careo, *bis* frugibus area trita est, dissiliit nudo pressa bis vna pede. *Tertia* dum Latio regnantem viderit aestas. *Tertia* messis erat. Alter post quartum ibat annus (V.). Autumnus *quinque* peractis. Bis *tertia* ducitur aestas (VI.). Iam me *sexta* videt bruma. *Tertia* post quartam aestas, bruma (VII.). Per mare, per terras *septima* iacet hiems. Aestas post primum *tertia* lustrum (VIII.). Phoebe *nonum* confecerat orbem cursibus, *Decimum* cum, Phoebe, receperis orbem. Iam tria lustra puer agebat (XV.). *Ter quinque* ferens natalibus annos. Tracto duo per quinquennia bello (X.). Vnus lustris geminis acceperat annus (XI.). Addiderat annos ad duo lustra duos (XII.). Alter ab undecimo iam tum me ceperat annus (XII.). *Bissenis* messibus peractis. *Bis septima* ducitur aestas. Iam quartus ad lustra duo succederat annus (XIV.). *Quarta* tribus lustris addita messis erat (XIX.). *Tricesima* currit bruma. Tecum *ter denas* numeravi brumas; frigida *ter* decies nudarum frondibus Haemum reddit hiems, totiesque solutis ver niuib. viridem monti reparauit amictum.

ANNI INFINITI. Innumerabilis annorum series. Donec erit tellus, aequora donec erunt. Dum caelum stellas feret. Phoebeia terris donec erit laurus, nomenque Heliconidis umbrae. Iam nullo tempus numerabile saeculo. Vid. SEMPER.

ANNI HORAE. VER: odoriferum, comans, purpureum. Vernal tempus. Blanda tempora veris. Veris clementia. Flori.

Florifer annus. Pars melior anni. Vario depingens prata colore. Agros gemmis stellantibus ornans. Cum formosissimus annus. Nouis rubent cum prata coloribus. Cum viris agit gemmas. Terra parit flores. Pigra fugit hiems. Arbor frondes refumit. Montes viridem reparant amictum. Redeunt gramina campis, arboribusque comae. Gelidus canis cum montibus humor liquitur et Zephyro putris se gleba resoluit. Extrémae sub casum hiemis, iam vere sereno. Cum mobilibus veris inhorruit aduentus foliis. **AESTAS:** Puluerulenta. Aestiui soles, dies. Aestiferum tempus. Syrius ardor. Incipit sicco feruere terra cane. Calidissima folibus aestas. Formosa messibus. Vestiens culmis cerealibus agros. Torrida cum terris incubat aestas, terras ardenti fidere findit, hiuleat, scindit. Cum arua caloribus hiant, ardore dehiscunt. Densae torrentur aristae. Arent herbae. Vrutur gramina campis. Flammiferis tellus radiis cum exulta dehiscit, candentique globo medius coquit aethera feruor. Feruentis stella leonis. Sole dies referente siccos. Vbi hiulca siti findit canis aestifer arua. Flagrantis atrox hora caniculae. Icarii stella proterua canis. **AUTUMNVS:** Pampineus. Pomis grauis. Purpureo varius colore. Cinctus tempora racemis, pomifera corona. Racemiferis circumdatus vuis. Decorum mitibus pomis caput autumnus aruis extulit. Spumantes implens lacus. Pampineas porrigit uas. Distinguens racemos vario colore. Plenaque purpureo subrubet uia mero. Vbi pomifer autumnus fruges effuderit. Maturam rusticus uiam colligit, et nudo sub pede musta fluunt. Pampineo grauidus autumno floret ager, spumat plenis vindemia labris. Libra diem noctemque pari cum foedere ducit. Libra die somnique pares ubi fecerit horas, et medium luci atque umbris iam diuidet orbem. Autumnus frigore primo. Cum rapidus sol nondum hiemem contingit equis, iam praeterit aestas. Seras poluit cum vinea frondes, frigidus et siluis Aquilo decussit honorem. **HIEMS:** Imbrifera, Aeolia, Aquilonia, Borealis. Horrida nimbis, incana gelu, grandine armata, adoperta gelu, rigidis Aquilonibus horrens, contristans frigore caelum, canos hirsuta capillos, canis adoperta pruinis. Tremulo venit horrida passu. Vis hiemis. Frigora brumae. Hiemis furor. Brumae intractabilis horror. Horrida cano bruma gelu. Fronde nemus spoliatus, amnes vitrea compede vinciens. Cum tristis hiems squalentia protulit ora. Cum glacialis hiems aquilonibus asperat undas. Cum tristis hiems Aquilonis inhorruit alis.

Pigra

Pigro bruma gelu saetisque Aquilonibus horret. Iam terrae glaciale caput, fecundaque nimbis tempora, et astrifero nebulosam vertice frontem, ininitis referebat hiems. Rigida cum iam bruma discussit decus nemorum et nivali cuncta confringit gelu. Cum tristis hiems etiam nunc frigore saxa rumperet et glacie cursus frenaret aquarum. Cum posita sub niue terra laret. Cum fert obruta terra niues. Cum nec ager pomum nec dulces educat vuas, non salices ripis, robora monte virent.

APES. Melligeræ, florilegæ, Atticæ, Cecropiæ, Hymettiae, Sicanæ, Hyblææ. Volucres mellificæ cet. Teneri hortorum coloni. Gens diuino ebria rore. Volitans per amoena vireta. Melligera examina. Florum studiosa turba. Mella grauidæ cateruæ; quæ veris populantur opes, per flores et thyma summa volant. Daedala somniferos peragunt examina bombos. Melle nouo gratidas miris videt Hyblæ cateruas. Mellifer electis exercitus obstrepat herbis. MEL: nestareum, fragrans, roscidum, Hyblæum, Atticum, Cecropium, Hymettium, Siculum, Sicanum. Apum labor. Nestar Hyblæum, Cecropium cet. Mellis munera, dona. Cereæ dona. Aërii mellis caelestia dona. Mella thymo fragrantia, thymi redolentia flore. ALVEARIA: Cava domus. Cereæ tecta. Odori corticis antra. Cum cerea reges castra mouent.

AQVA. Flumineus latex. Vitreae lymphæ. Pocula Acheioia. Irriguumque bibant violaria fontem.

ARBOR. RAMI: Nutantes pondere. Ramorum vmbra. Spatiosa brachia. Annosa brachia. FRONDES: Frondosa vmbra. Vmbrosa coma. Arborea coma. Spissæ nemorum comæ. Falx nimias deputat vmbra. Falce premere vmbra. Patulae sub regimine fagi.

ARBORES QVAEDAM. LAVRVS: casta, Phoebea, Parnassis, Parnassia, Delphica, Apollinaris. Arbor Phoebe, Phoebeo gratissima, Castalia. Ite triumphales circum mea tempora lauri. MYRTVS. Littorea, Paphia, Dionaea, Cytherea. Metuens frigora. Amans littora. Veneri gratissima. PALMA. Victrix, triumphalis, Idumaea. Lentæ, victorum præmia, palmae. — ARBORES, NAVIBVS AEDIFICANDIS APTE (pro ipsis nauibus saepe apud poetas). ABIES. Aptæ fretis. Audax. Casus visura marinos. Natifragos pelagi visura tumultus. PINVS. Succincta comas, hirsutaque vertice pinus. Nondum caesa suis, peregrinum ut viseret

ret

ret orbem, montibus in liquidas pinus descenderat undas.
 ALNVS. Tunc alnos primum fluuii sensere cauatas. Per
 immensum mare motura ramos. — ARBORES, QVAE
 NON SENTIYNT CARIEM. CVPRESSVS. Idaea, altico-
 ma, longae non timens cariem senectae. CEDRVS. odora,
 Libanitis. — ARBORES FVNESTAE. PICEA, TAXVS,
 CVPRESSVS. Ferales, Stygiae. Taxi nocentes. Via fu-
 nesta nubila taxo. Moestae cupressi. — ARBORES IACV-
 LIS APTAE (*unde pro ipsis ioculis*). CORNVS. Bona bel-
 lo, bellis accommoda. Volat Itala corpus aëra per medium.
 Sonitum dat stridula cornus et auras certa secat. FRAXI-
 NVS. Vtilis hastis, stridula. ARBORES GLANDIFERAE.
 QVERCVS. Glandifera, Chaonia, Dodonaea. Ioui sacra, ami-
 ca. Curuata glandibus. Magna Iouis antiquo robore quer-
 cus. Chaenis arbor. Patula Iouis arbor. Fissile robur.
 AESCVLVVS. Nubibus infertans altis caput. Nemorumque
 Ioui quae maxima fronder aesculus. ARBORES ALIAE.
 OLEA. Pallens, Palladia, pacifera. Tarde crescens oliua.
 Palladis arbor. Palladia filua viuacis oliuae. VLMVS. Ami-
 mica vitibus arbor. ORNVS. Amans montes. Dura securi-
 bus. PLATANVS. Latis conspicienda comis. Late bra-
 chia diffundens. Gratam praebens potantibus umbram. PO-
 PVLVS. Bicolor, Herculea. Fluuiis gaudens. Alba comas.
 Populeae frondes. Populeis instrepat aura comis. Herculeae
 populus alba comae. SALIX. Lenta, glauca, amnicola.
 Fluuiis amica. Fluminibus gaudens. Amans littora. Vid.
enumeratio arborum ceterarum ap. Ouid. Met. 10, 90 sqq.

ARMA. Tristia, Mauortia, Vulcania. Arma Getici sanguino-
 lenta Dei. — Armorum aeneae lux, ferus splendor, lu-
 men, flamma. Arma renidentem tollunt ad nubila flammam.
 Aureus videntem clypei vomit umbo fauillam. Late fluctuat
 omnis aere renidenti tellus. Horrescit strictis seges ensibus,
 aeraque fulgent sole laceffita, et lucem sub nubila iactant. Ar-
 ma percussio fulgent rutilantia Phoebo. Lorica fundens in-
 cendia. Vibrantibus aër fulgurat armorum radiis, tremula-
 que micantes luce natant campi. Flammeus aeratis tremor
 errat in armis. Tum late ferreus hastis horret ager, campi-
 que armis sublimibus horrent. Errantes ludunt per ferrea
 flammae tegmina. Frigor intonat ingens, ensesque clypei-
 que sonant. Resonant crebris tinnitibus arma. Arma hor-
 rendum tremuere. Arma impulit; impulsu quo maximus
 insonat aether, dissulant ripae, refuitque exterritus amnis.

ARMA

ARMA AD CORPVS TVENDVM. GALEA. Cristata, comans, auricoma, Martia. Rigens aere. Hirsuta iubis. Cristis decora, insignis, terribilis. Flammās vomens. Capiti intremittit aerea cassis. Cauum aes. Tegmina tuta capitum. Vndantes casside cristae. Excelso minitantes vertice cristae. Tremunt in vertice cristae sanguineae, clypeoque micantia fulgura mittit. **LORICA.** Aerifona, squamea, ex aere rigens, ahenis squamea nodis. Duplici squama lorica fidelis. Lorica conferta hamis, auroque trilix. Nulli tegmen penetrabile telo. **OCREAE.** Ille audus pugnae furas incluserat auro. **CLYPEVS.** Clypei textum, orbis, insigne decorum. Aere cauo clypeus. Vinbo ferreus, aereus, late coruscus.

ARMA, QVIBVS HOSTIS PETITVR. ENSIS. Martius, Noricus, infectus caedibus, triste minans, caede pinguis. Terribili fulminat ense manus. Dextra coruscum extrulit ac lateri capulo tenus abdidit ensē. Stellatus iaspide fulua ensis. Ferrum crudele, fatiferum, rigidum. Stat ferri acies mucrone corusco. Strictam aciem venientibus offert. **SECVRIS.** Scythica, Amazonia. **HASTA.** Martia, tremebunda. Hasta volans noctis diuerberat umbras. Volat atri turbinis instar exitium dirum hasta ferens. Praefixa hastilia ferro. Tremulum iaculum. Itala cornus. Tela micantia. Stridentis fibila teli. **SAGITTA.** Pennigera, Eoa, Ithyraea, Parthica, Achaemenia, Gnosia, Cydonia, Dictaea, Gortynia, Threïcia, Bistonis, Scythica, Amazonia. Telum immedicabile. Letifera, letalis, hamata arundo. Volatile ferrum. Tela sonante fugata nervo. Aligerum ferrum, diuerberans auras. Calami spicula Gnosii. **PHARETRA.** Eoa, Gnosia, Cressa, Scythica *cet.* Sagittis grauida. Ex humero sonans, pendens, terga pulsans. **ARCVS.** Eous, Scythicus, Cydonius, Armenius, Sarmaticus *cet.* Lunauitque genu sinuosum fortiter arcum. **FVNDÆ.** Stupea, Balearis, Balearica. Glande minax.

ARMARI. Cingi fulgentibus armis. Armari in proelia. Loricam induitur, fidoque accingitur ensē.

ARMA PONERE. Desigunt tellure hastas et scuta reponunt. **ASCENDERE.** Ascensu superare, vincere. Niti gradibus. Exsuperare iugum. Emergere ad auras. Euadere ad supera.

ASTRA. Tacito voluentia lapsu sidera, labentia caelo, nocte micantia. Rutilo sidera fixa polo. Aeterni ignes. Ignes minores. Noctiuagae faces. Caeliuagae flammae. Flammeus astrorum chorus. Minores faces. Sidereï vaga lumina mundi.

mundi. Fulgentia lumina mille, et ferrugineam noctis variancia pallam. Ignes fiderei.

ASTRA QVAEDAM ILLUSTRIORA. ARCTOS. Lycaonia, Maenalis, Erymanthis, Parrhais, Hyperborea, Getica, Scythica. Vrsa Parrhais *cer.* ARCTOPHYLAX. Hyperboreus, Arctous. Custos Erymanthidos vrsae. ORION. Saeuus, nimbofus, aquosus, nautis infestus. PLEIADES f. HYADES. Aquosae, tristes. Atlanteae, Atlantides. Atlantis filiae. Pleiones natae. Pleiadum grex, signa, chorus (*Maia, Taygete, Scerope, Merope, Electra, Celaeno, Alcyone*). HAEDI. Orientis haedi impetus. CORONA. Ariadnea, Gnosia, Cressa. — ZODIACVS. Circulus f. trames signifer, obliquus. Signorum flammeus ordo. Stellatus caeli limbus. Obliqua Phoebi orbita. Obliquus qua se signorum verteret ordo. 1. ARIES. Nephelaeus. Corniger astrorum ductor. Fulgens pecus aurea coelo. Ovis Phryxæ. Portitor Helles. Signorum ductor et ianitor anni. Iam Sol Phryxæ vellera preflit ouis. 2. TAURVS. Agenoreus. Portitor f. vector Europæ. Cornibus auratis micans, fulgens, minax. Candidus auratis aperit cum cornibus annum taurus. 3. GEMINI. Fratres Tyndaridae, Ledaici, Oebalii, Therapnaei, Amyclaei. Iam Sol Ledaica tenebat sidera. Vid. *ind. Deor.* 4. CANCER. Aestiuus, sole perustus, agros adurens. Sitientis sidera cancri. Aestiu tergora cancri. Curui brachia cancri. Cum premit aequorei sol feruida brachia cancri. 5. LEO. Flammiter, Hercules, Nemeaeus, Cleoneus. Fulgida stella leonis. Sicca ora leonis. Cum Sol Herculei terga leonis adit. Stella vesani leonis. 6. VIRGO. Attica, Icaria. Spicea munera gestans. Fulgens virginis astrum. Iubar virginis almae. Sol curru pullabat anhelus virginis Icariae limen. 7. LIBRA. Momenta librae. Aequans libra dies cum tempore noctis. 8. SCORPIVS. Formidolosus. Astra Nepae. Signa Nepae. Chelae minaces. 9. SAGITTARIVS. Biformis, semiuir, sagittifer, Philyrides, Aemonius, Thessalus. Semiur arcitenens. Senex biformis. Doctor Achillis. Philyreus heros. 10. CAPRICORNVS. Corniger hircus. Brumalis capricornus. Frigora ducens. Frigore gaudens. Tyrannus Hesperiae Capricornus vndae. 11. AQUARIVS. Hydrophorus iuuenis. Fufor aquae. Puer urniger. Gestator aquae. Frigoris sidus aquarii. Phryx puer, Iliades, Iliacus, Troianus. Superis pocula miscens. Madidae prodigus urnae. Cum frigidus olim iam cadit extremoque irrorat Aquarius anno. Inuersum contristat aquarius annum. 12. PISCES. Aërii,

N

rutilantia

rutilantia fidera, pisces. Sidus piscis aquosi. Gemini sub aethere pisces.

AVARITIA. Furor exitialis habendi. Auri imperiosa fames. Auri sacra fames.

AVIS. Nubiuga, picturata. Volucrum exercitus, agmen, turba. Pennigeri avium greges. Alituum genus, lasciva cohors. Turba sonans agminis aligeri. Assuetum silvis innocuumque genus. Pennipotentis. Corpora *volantum*.

AVIVM CANTVS. Guttore, voce, pectore, cantus dare, edere, reddere, modulari, iterare, referre, sonare, promerere. Tepidum volucres concentibus aëra complent. In silvis dulce queruntur aues. Resonant aulibus virgulta canoris.

AVIVM NIDI. Arbore pendentes. Avium tecta, domus, frondosi lares, luteae casae, ramosa hospitia. Antiquae domus avium. Reperunt ubi fida volucres hospitia atque larem bruma pellente relictum. Alta cubilia. (Hirundo) sub trabibus cunas paruaque tecta facit; luteam struit arte casam. In ramis tecta laremque parare. Garrula cum signis nidum suspendit hirundo, et luteum celsa sub trabe fingit opus. **AVIVM PVLLI.** Parua progenies. Dulces nidi. Nidi loquaces. **ALAE.** Praepetes pennae. Remigium alarum. **AVIVM VOLATVS.** Pennis altum petere. Liquidas exire sub auras. Assurgere in auras. Se tollere in auras, in caelum. Se credere caelo. Se condere sub nubila. Sub fidera labi. Ad aetherium pennis aufertur Olympum. Nubila tranare. Aethere labi. Aetherem s. auras pennis perlabi. Aëra per vacuum ferri. Corpus in aëre librare. Mouere per aëra pennas. Ire per auras. Pennis aëra (auras, nubila, ventos) secare, findere, percutere, verberare.

AVIVM QVAEDAM GENERA. CORTIS AVES. ANAS. Caerula pennis, latipes, crure rubra puniceo. **ANSER.** Improbis. Romulidarum arcis servator candidus. Peruigilanser. **COLYMBA.** Mollis, imbellis, Chaonis, Chaonia, Dodonaea, Paphia, Idalia, Dionaea. Ales Veneris. Veneri dilecta volucris. Reginae Veneris cura. Auis Chaonis, Paphia *cet.* Timidissima turba columbae. Cythereiades columbae. **GALLVS.** Vigil, excubitor. Crista spectabilis alta. Titanius ales. Nuntia lucis auis. Lucis praenuntius ales. Solem ore canoro prouocans. Morantem auroram increpans. Nondum cristati rupere silentia galli. Excubitorque diem cantu praedixerat ales. **AVES PEREGRINAE. CICONIA.** Gracilipes. Auis exul hiemis. Peregrina volucris. Cum vere rubenti candida venit auis, longis inuisa, colubris. **Ex-**
paris

panſis candida pennis ipſa ſibi plaudit crepitante ciconia ro-
 ſtro. *GRVS. Aëria, Strymonia, Biſtonia, Threïcia. Vo-*
lucris Strymonia cet. Naupliadae volucres. HIRVND.
Biſtonia, Pandionia, Daulias, Attica. Pandione nata. Con-
iux Biſtonii tyranni. Rhodopeia coniux. Manibus Procne
ſignata cruentis. Neque adhuc de pectore caedis exceſſere
notae, ſignataque ſanguine pluma eſt. FAVO. Iunonius. Iu-
nonis auis. Iunonia volucris. Pennarum fulgent oculi,
ſtellataque late cauda micat. Circinat in gyros oculata volu-
mina caudae. PHASIANVS. Colchus. Volucris Colcha.
Colchi Phaſidos ales. PHOENIX. Aſlyrius, Pharius. Ales
Titanius. Vnica ſemper auis. PSITTACVS. Eous. Hu-
manae vocis imitator. Humanas artifex ſequi voces. AVES
RAPACES. ACCIPITER. Praedator. Trepidus ſectans per
inane columbas. Inſeſtus praedo columbis. AQUILA. Nu-
biuaga, ſublimis. Ales regia. Ales Iouis. Iouis armiger
ales. Miniſter fulminis. Volucris amica Ioui, diuom gra-
tiſſima regi. Iouis pennata ſatelles. Volucrum regina. Vo-
lucris Saturnia. Magni praepes adunca Iouis. VULTUR.
Saeuus praedo. Vnguibus et diro diſcerpens viſcera roſtro.
Caucaſea volucris. AVES NOCTVRNAE. BUBO. Profa-
nus, funereus, obſcenus. Ales luſtifera, triſte canens. Se-
dit in aduerſo nocturnus culmine bubo, funereoque graues
edidit ore ſonos. Feralia bubo damna canens. Volucris
venturi nuncia luſtus. Teſtoque profanus incubuit bubo.
NOCTVA. Noctis auis, triſte querens. Seros exercens can-
rus. Palladis ales. Avis Attica. VESPERTILIO. Noctis
amicus. Sorores Mineïdes. Mineïa proles. AVES AQUA-
TICAE. ARDEA. Altiuolans, alta petens. Se inter nubi-
la condens. Notasque paludes deſerit atque altam ſupra vo-
lat ardea nubem. HALCYONES. Solae, querulae. Ceycis
aues. Dilectae Thetidi. Memores Ceycis amati. Miſera in
ſcopulis ſoloque in littore queſtus Halcyone ingeminat, vo-
cesque effundit inanes. Multa querens, exola diem, no-
menque mariti ſeruat auis. MERGVs. Incola aquae. OLOR.
(Cy. nus). Amyclaeus, Therapnaeus, Spartanus, Maeonius,
Maeandrius. Ales Cayſtrius, Maeandrius cet. Maeandri ſi.
Cayſtri incola. AVES VARIAE. ALAYDA. Alta petens.
Sidera voce ſequens. Dulces iterans querelas. Docto per
aëra gyro ſe leuat in nubes et ſidera carmine mulcet. COR-
NIX. Annoſa, viuax, longaeva. Inuiſa Mineruae. Imbrium
diuina auis imminentum. Aquae augur annoſa cornix.
Cornix plena pluuiam vocat improba voce, et ſola in ſicca

secum spatiatum arena. CORVVS. Phoebeus, Apollineus. Liquidas corui pleno ter gutture voces et quater ingeminant. Phoebeus ales. Phoebos sacra volucris. Volucris Delphica. E pastu decedens agmine magno cornuorum increpuit densis exercitus alis. Quantes gutture corui. PALVMEES. Rauca, querula. PASSER. Argutus, falax. PERDIX. Dacdala. PICA. Humanas imitari docta querelas. PHILOMELA. Dulcisona, moesta, moerens. Ales f. pellex Antica, Cecropia, Thracia, Bistonis, Getica, Ismaria, Daulias. Dulce querens. Pandionia volucris. Cecropis f. Bistonis ales. TVRDVS. Edax. TVRTVR. Raucus, gemens, gemebundus. Amissa coniuge tristis. Nec gemere aëria cessabit turtur ab ulmo.

AVRES. AVDIRE. Denfum humeris bibit aure vulgus. Suspensis auribus ista bibam. Vocemque his auribus hausi.

BARBA. Genis inferpens. Genas ornans, regens, pingens. In pectus sordida barba cadit. Cui plurima mento canities inculta iacet. Per tua lanugo cum serpere coeperit ora. Dum roseis venit umbra genis. Tum mihi prima genas vestibam flore iuuenta.

BELLVM. Bellorum vndae, procellae, turbo, fluctus, ferrea tempestas, nubes, rabies, furor, motus, tumultus. Bella tonant, totumque quatit discordia mundum. Nube sub ipsa armorum. Bellorum Roma tumultu concutitur. Bella, horrida bella, et Tiberim multo spumantem sanguine cerno. Bella matribus iniusta, detestata, abominanda. Dirum Martis opus. Munus Gradiui. Sanguinei iuuenilia munera Martis. Tot bella per orbem, tam multae scelerum facies. *Incommoda belli: Virg. Ge. 1, 491. 505. Hor. C. 2, 1, 29. Ovid. Tr. 3, 10, 55. Her. 1, 53. Tibull. 1, 10, 1 sqq.*

BELLVM GERERE. Caesar dum magnus ad altum fulminat Euphratem bello. Consurgere in arma. Hinc mouet Euphrates, illinc Germania bellum, vicinae ruptis inter se legibus vrbes arma ferunt, saeuit toto Mars impius orbe. Subitus per omnem Ausoniam Mauors strepit, et ciet arma virosque. Deterisa robigine saeuus induitur ferro splendor. Arma animis, arma ore fremunt. Ferus omni pectore saeuit Martis amor. *Belli apparatus: Virg. Aen. 7, 623. Sil. 4 pr.*

BELLICA SIGNA. Vexilla vndatim medias panduntur in auras. Crispa susurranti fluitant vexilla Notorum flamine. Terribiles aquilae. TVBA. Terribilis, Martia. Aes canum, canorum, raucum. Aëris clangor, canor, sonitus. Aere ciere

ciere viros, Martemque accendere cantu. Iamque horrida clangunt signa tubae. Inde ubi clara dedit sonitum tuba. At tuba terribilem sonitum procul aere canoro increpuit. Iam nunc minaci murmure cornuum perstringis aures, iam litui strepunt. Rauco strepuerunt cornua cantu. Aerea assensu conspirant cornua rauco. **TYMPANVM.** Forti tympana pulsa manu. Tentis reboant caua tympana tergis.

BELLICOSVS. Fortia bello pectora, et rebus spectata iuuentus. Quem castra iuuant et lituo tubae permixtus sonitus. Marte ferox et vinci nescius armis. Primus inire manu, postremus ponere Martem. Non ense virum, non eminus haesta, sistere erat. Infans metuendus in armis. Caput insuperabile bello.

BONVS. Sine crimine viuens. Recti custos. Integer vitae scelerisque purus. Fallere nescius. Aequi cultor, timidusque Deorum. Non illo melior quisquam nec amantior aequi vir fuit, aut reuerentior Deorum. Gerens pectora lacte et non calcata condidiora niue. Antiquis moribus et fide. Antiqua pietate.

CADERE. *De animalibus et hominibus.* Ad terram fluere. Ipse grauis, grauiusque ad terram pondere vasto concidit. Collapsa ruunt inmania membra. Procumbit humi bos. Volvi in caput. Vestigia presso haud tenuit titubata solo, sed pronus in ipso concidit immundo fimo. Excussus curru moribundus voluitur aruis. In latus paullatim desinit. *De aedificiis.* Dedit ampla ruinam domus. (Turris) lapsa repente ruinam cum sonitu trahit. Cum coepit quassata domus subsidere. Illa ruinam prona trahit. Hic ubi disiectas moles, auulsaeque saxa saxa vides, mistoque vndantem pulvere fumum.

CAECVS. Lumine cassus. Luminis expers. Trepidum ministro praetentans baculo, luminis orbus, iter.

CAELVM. Caeli atria, palatia, moenia, tecta incluta, conuexa, regia domus, theatra, culmen, fastigia, magnus axis, fulgentia templa. Superae domus. Caelestia tecta. Spatia aetheris. Caelestes orae. *Aetheris* orae, arces. Aetherius vertex. Regna siderei poli. Aetheriae plagae. Supera regna. Sidereae sedes. Siderei axes. Aetheria domus. Caeli caerula. Limina dipom. Regia magna Iouis. Iouis atria summi. Tecta Tonantis. Caelitum sedes. Aetherii orbes. Stellifer orbis. Aetheris magni domus. Supera s. superum conuexa. Conuexa Tonantis. Domus omnipotentis Olym-

pi. Arces Olympi. Spatia *poli.* Arx stellantis poli. Magni caelestia mundi templa.

CAPILLI. Per humeros, colla, cervicem fluentes, ludentes, fluitantes. Iniectae collo sic iacere *comae.* *Caesariem* effusi nitidam per candida colla. Pulchrior auro caesaries. **CAPILLI PASSI.** Dederatque comas diffundere ventis. Immissi humerum per utrumque capilli.

CARMEN. Aonium, Pierium, Castalium *cet.* *Numeris* nectere verba. Siluestrem *musam* meditari. Magna *modis* tenuare parvis. Scribere *numero* tristia bella. **INSTRUMENTA MUSICA** pro CARMINE usurpata: **TUBA.** Pieria proelia flare tuba. **TIBIA.** Quem virum acri funes tibia celebrare Clio? **FISTULA.** Silvestris, agrestis. Cerata *arundo.* Disparis calami. Calami agrestes. Tenuis auena. **TESTUDO.** (*Lyra*) Eburna, Pieria, Apollinea, Aonia, Threïcia, Odrylia, Getica. Testudinis aureae strepitus, sonus, pulsus. *Cheyn* digitis et eburno verbere pullare. Lesbium tendere *barbiton.* Lesbium *plectrum.* Nobile ebur. Aeoliae *fides.* Resonantia pollice fila. Vocales f. querulae chordae. Vocales citharae nervi.

CARMEN HEROICVM. Carmen Maeonium, Maronianum, heroum. Fortis pes, forte epos (*Tuba*) — **ELEGIACVM.** Flebilis elegia, soluens capillos. Blanda el. pharetratos cantans amores. Imbelles f. leues elegi. Impares numeri. Versus impariter iuncti. **LYRICVM** (*tibia, lyra, testudo* cet.) Molles citharae modi. — **TRAGICVM.** Seuerae Musa traegodiae. Aeschyleo componere verba cothurno. — **COMICVM.** Comica Thalia. *Soccus* comicus, tenuis, lepidus. — **SATIRICVM.** Mordacis satirae dens. Carmen mordax. Secuit Lucilius urbem, sale multo defricuit.

CLAMOR. It clamor ad alta atria. Ingeminat clamor. Tollitur in caelum furiali turbine clamor, ferit aurea sidera. Exoritur clamor, ripaeque lacusque resonant circa, et caelum tonat omne *tumultu* f. *fragore.* Pullata longe audimus saxa et fractas ad littora *voces.* Ingens fragor aethera complet. Domus gemitu miseroque tumultu *miscetur.* Clamore incendunt caelum Troës. Feminum clamorem ad caeli sidera tollunt. Clamorem immensum tollit, quo pontus et omnes intremuere vndae, penitusque exterrita tellus Italiae.

COMETA. Stella crinita. Fax dira cometae. Crinis timendi sideris. Iubar ardens cometae pandit infestam faciem. Rubescens ferali crine cometae; flammigerum trahentes crinem.

Nec

Nec diri toties arferre cometae. Cometae sanguinei lugubre rubent. Regnorum euerfor rubuit letale cometes. Prodigiale rubens.

CONIVGIUM. Tedaе iugales. Socii consortia lecti. Connubiale iugum. Vincula iugalia. Iura tori. Thalami foedera. Sacra iugalia. Lecti socialia iura. Casti iura marita tori. Faces maritae. Socialis amor. Incepti Hymenaei.

CORONA. Cui tempora circum aurati bis sex radii fulgentia cingunt. Duplex geminis auroque corona. Lapidum distincta igne. CORONAE FLOREAE. Cui decorant sanctas florea sarta comas. Caput (frontem, tempora, crines) fronte (flore) cingere, praecingere, vincere, devincere, redimire, tegere, premere, velare, aduelare, ornare, implicare. Sarta dare capiti.

CVRAE. Curarum stimuli, morsus. Vigiles curae. Moeestas exedit cura medullas. Nec placidam membris dat cura quietem. Mordaces sollicitudines. Amara curarum. Deformis aegrimonia. Mentis tumultus mileri. Magno curarum fluctuat aestu. In curas animus diducitur omnes. Nunc huc ingentes, nunc illuc pectore curas versabat.

CVRERE. Fugit ocyor aura. Cursu festinus anhelio aduolat. Cursu (praecipiti) transmittere campum, corripere, rapere. Cursum in medios rapidus dedit. Cursu praeuerrere ventos, flumina, sagittas, fulminis alas, celeris vestigia ceruae. Tenuia vix summo vestigia puluere signant.

DEVS. Terrarum caelique fator. Cuncta suo qui numine torquet. Qui mare, qui terras, qui caelum numine complet, nutu temperat, fulmine terret. Celsi moderator Olympi. Aeterno qui numine cuncta gubernat, mouet. Cuncta supercilio mouens, quatiens. Qui sceptrum tenet radiantis Olympi. Qui orbis habenas temperat. Cuius ab obtutu tellus commota tremiscit. Superi regnator Olympi. Rex magnus Olympi. Superum (caelestum, caelicolum) rex, rector, pater. Aetheriae moderator aulae.

DIES. Nitor almae lucis. Longos consumere soles. Fulgere candidi tibi soles. *Lumine* quarto. Nonam *auroram* Phaethontis equi ferebant.

DIEI PARTES. DIE EXORIENS. Die (sole, aurora, Lucifer) exoriente, oriente, veniente, surgente, emergente ex Oceano, mari, pelago, Eois aquis. Sole nouo. Primo Eoo. Mane nouo. Iam clarum mane fenestras intrat. Decedentibus umbris. Primi sub lumina solis. Cum prima lustrata.

strabat lampade terras orta dies. Vt primum lux alma data est. Noctis gelidas lux soluerat umbras. Primis cadentibus astris. Nox humida caelo praecipitat. Cum Phoebus (Phoebeia lampas) aequoreis aquis (Eoo gurgite) caput (currum) effert, exferit, tollit, promit. Sol (orta dies) noctem fugat, tenebras dispellit. Splendidior liquidis cum sol caput extulit undis. Surgit Titan radiante coma, mundoque diem reddit clarum. Iam rara micant sidera, prono languida mundo. Iam dederat Phoebus stella fugata locum. Vbi nox depulsa polo, primaque rubescit lampade Neptunus, reuocatque aurora labores. Vix summos spargebat lumine montes orta dies. Primo feriente cacumina sole. — Cum primum alto se gurgite tollunt solis equi, lucemque elatis naribus efflant. Nos ubi primus equis oriens afflauit anhelis. — Cum primum albescere caelum incipit, et fuscis nox humida transfugit alis. Roscida cum primum foliis excussa pruina est. Tempus erat, vitrea cum primum terra pruina spargitur, et tectae fronde queruntur aues. Nox ubi transierit, caelumque rubescere primum coepit. — Caelo cum primum *Lucifer* alto euocat Auroram. Cum albo *Lucifer* exit clarus equo. Admonitor operum (praeuius Aurorae) caelo nitidissimus alto *Lucifer* ortus erat. Roscida iam nouies caelo demiserat astra *Lucifer*. Cum sole nouo terras irrorat Eous. Diffugiunt stellae, quarum agmina cogit *Lucifer*, et coeli statione nouissimus exit. Nox victa vagos contrahit ignes. Cogit nitidum Phosphorus agmen. — *Aurora* rubente, referente diem. Surgit Tithoni coniux. Surgit Tithoni croceum linquens aurora cubile. Pallantidos ortus. Roscida puniceo Pallantias exit amictu. Croceo velamine fulgens. Purpureis innecta rotis. Roseo spectabilis ore. Flaua aurora pruinoso vehit axe diem. Prima vocans tardos ad iuga panda boves. Croceis aurora capillis, roseis manibus. Ecce vigil nitido patefecit ab ortu purpureas aurora fores et plena rosarum atria. Aurora miseris mortalibus animam extulerat lucem, referens opera atque labores. Clara laboriferos caelo Tithonia currus extulerat. Iamque rubescebat radiis mare, et aethere ab alto aurora in roseis fulgebat lutea bigis.

DIES MEDIVS. Medias sole secante vias. Medium superauerit axis cum spatium Phoebus paruasque f. exiguas altissimus umbras fecerit. Cum sol umbras contraxit, minutas a vertice fecit. Medio cum sol altissimus orbe est. Medio cum Phoebus in axe est. Medium cum sol ascendit Olympum. Tempus erat, medii cum solera in culmina mundi tollit an-

hela

hela dies, vbi tardus hiantibus aruis stat vapor. Iamque dies medius tenues contraxerat umbras. Aestus erat medianque dies exegerat horam. Sol median caeli tenet arduus arcem. Cum pecori rarae praebent umbracula filiae. Pecudes umbras et frigora captant. — *VESPERA*. Die moriente. Dubiae crepuscula noctis. Rapido fugiente sole. Crescentibus umbris. Cum sol crescentes duplicat umbras. Maioresque cadunt altis de montibus umbrae. Demit iuga sol purpureis equis. Titan in Hesperias undas praecipitat, aequoreis conditur s. immergitur aquis. Solis equi pulsant pedibus spatium declivis Olympi. Oceani nox exit aquis. Vertitur interea caelum, et ruit Oceano nox, involuens umbra magna terramque polumque. Vicina s. obtenta densantur nocte tenebrae. Trahant s. inducunt iam fera crepuscula noctem. Atrata referunt inuertia iuueni. Venit *Hesperus*. Astra ignea surgunt. Vesper e pastu vitulos discedere suadet. Vesper sua lumina ostendit; astrifero procedit Olympo. Noctem ducentibus astris. Sol ruit in Thetidis sinum, et montes umbrantur opaci. Seras protulit umbras Hesperus, deserit Oceanum, Oceanos ostendit noctifer ignes. Cum frigidus aëra Vesper temperat, et saltus reficit iam roseida luna. Sera rubens accendit lumina Vesper. Iam nox iungit equos.

DIERVM NUMERVS. Bis, (ter, quater) Phoebus equos in Ibero flumine merlit. Proxima post nonam cum sese aurora moueret. Ter iunxit Titan, terque resoluit equos. Tertia post decimam reuoluta aurora ruebat. *cer.* — Cum bis (ter, quater) pastor saturos clauferit haedos, Vesper noctem reduxerit, Lucifer Eo gurgite surrexerit. Vbi prima (secunda, tertia) suos Aurora ostenderit ortus. Cum tertia lux gelidam caelo dimouerit umbram *cer.*

DIES CRASSINA. Crassinus Cynthius, Lucifer *cer.* cum crassina fulserit hora. Crassina puniceos cum lux ostenderit ortus. Vbi primos crassinus ortus extulerit Titan, radiisque retexerit orbem. Crassina tempora.

DIES NOCTESQUE. Nulla venit sine te nox mihi, nulla dies. Illum non lacrimis veniens aurora carentem vidit, non Hesperus. Seu lux, siue atrae tempora noctis eunt. Siue soporiferis terrae nox incubat umbris, seu nitido Phoebus lumine lustrat humum. Siue diem ducit sol, seu vaga Cynthia noctem. Seu sol luce umbram, seu nox lucem inficit umbra. Dicimus integro sicci mane die, dicimus vuidi, cum nox Oceano subest. Nec tibi Vespere surgente decedant amores, nec rapidum fugiente solem.

DOLOR. Nox atra dolorum. Curarum pondera. Longi tormenta doloris. Exarsit dolor ossibus ingens. Doloris furiae. Tacitum nutrit sub pectore vulnus. It scissa veste Latinus, canitiem immundo perfusam pulvere turpans.

DOMVS. Limina s. culmen tecti. Septa domorum. Augusti fastigia tecti. Foribus domus alta superbis. Superba aedium moles. Invidendis postibus et nouo sublimi ritu atrium. Quae centenis incumbunt tecta columnis. Tectum augustum, ingens, centum sublimi columnis. Superba ciuium potentiorum limina. **DOMVS HUMILIS.** Rustica tecta paruaeque fores. Angusti lares. De cannis straminibusque domus. Humilis vilis tecta casae, sterili iunco cannaeque intexta palustri. Frondea tecta. Stramineae casae. Raris habitata mapalia tectis. Pauperis tuguri congestum cespite culmen. Stipula tunc tecta virebant, et paries lento vimine textus erat. Congesto mapalia culmo.

EBRIVS. Vino (mero) sepultus, grauis, madens, vuidus. Nimio venas inflatus Iaccho. Multo perfusus Baccho. Expletus dapibus vinoque sepultus ceruicem inflexam posuit. Vino grauatum fulciens laeua caput. Valido tirubantia vino membra mouent. Ebria cum multo traheret vestigia Baccho,

EBVR. Induin, Indicum. Indi dentis honos.

ECHO. Iocosa imago. Vocis imago resonans, resultans. Redditus ab antris vocalibus sonus. Habitans cauis montibus Echo. Pulsae referunt ad sidera valles. Concaua pulsu saxa sonant, vocisque offensa resultat imago. Gemitu nemus omne remugit, ripaeque lacusque responsant circa. Toto clamanti littore, Theseu, reddebant nomen concaua saxa tuum.

ELOQVENTIA. Oris facundia culti. Larga, mellea, melle fluens copia fandi. Eloquii nitor, facundia, decor, gratia. Facundae gratia linguae. Potentis eloquii virtus. Opulentia linguae. Doctae flumina linguae. Flexanimus sermo. Facundae munera linguae.

EQVVS. Quem Thracius albis portat equus bicolor maculis. Vestigia primi alba pedis, frontemque ostentans arduus albam. Qui candore uiues anteit, cursibus auras. Stat sonipes et frena ferox spumantia mandit. Martius huic sonipes campos hinnitibus implet. Emicat, arrectisque fremit ceruicibus, alte luxurians, luduntque iubae per colla, per armos. Fuluum mandit sub dentibus aurum. Carpere mox gyrum incipiens, gradibusque sonare compositis, sinuansque

que alterna volumina crurum. Insultans solo, et gressus glomerans superbos. Sonipes strictae contemtor habenae.

EQUITARE. Candenti sublimis equo. Acri gaudet equo. Terga premebat equi, spumantiaque ora regebat. Certum flectit in orbem quadrupedis cursum, spumantiaque ora coërcet. Colla velocis flectere doctus equi.

EVANESCERE. Fugere, vanescere, ire, exire, excedere, dilabi, recedere leues (tenuēs) in auras. Fugit, ceu fumus in auras. Procul in tenuem ex oculis evanuit auram. Notū se immiscuit atrae. Spissis noctis se condidit umbris. Effugit imago, par leuibus ventis volucrique simillima somno.

VERTERE. *Urbem.* Regna Latini eruum, et aequa solo fumantia culmina ponam. Cecidit superbum Ilium et omnis humo fumat Neptunia Troia. Iam seges est, vbi Troia fuit. Imprimit muris hostile aratrum exercitus insolens. *Arborem.* Ferro sonat alta bipenni fraxinus. Nemora euertit multos ignaua per annos, antiquasque domos auium eruit.

EXERCITVS. Florentes aere cateruae. Densis acies stipata cateruis. Seges clypeata virorum. Fulgentes aere cohortes. Plenis acies densata manipulis. Iam galeis densisque virum seges horruit armis.

FLOS. Nitidam pandens (explicans) comam. Bene olentis pignora Florae. **ROSA.** Paphia, Idalia, Paestana. Regina florum. Formosae flos Veneris. Idalio sanguine tincta. Sanguineo splendore micans. Rubicundo sanguine vernans. Paestani gloria ruris. **LILIVM.** Lacteum, roscidum. **VIO-LAE.** Pallentes. **HYACINTHVS.** Purpureus, ferrugineus, luteolus, Oebalius, suauis rubens. Tuae, blande hyacinthe, comae. *Plures flores vid. ap. Ouid. Fast. 4, 435 sqq.*

FLORES CARPERE. Pollice (ungue) carpere, metere, tondere, subsecare. Virgineo demessus pollice flos. Implere sinum floribus.

FLUVIVS. Molles (leues, tranquillos) inuitans (inducens) murmure somnos; murmure rauco strepitans. Riuus lene fluentis aquae. Iucundo murmure labens. Exiguo sonitu per leuia saxa fugiens. Irrorans mollia gramina. Laeta suffurrantes (queruli, tenuēs) saliant per gramina riui; humectant arua. Exspatiata ruunt per apertos flumina campos.

FONS. Lene fluens. Splendidior vitro. Largus aquae. Gelidi fontes. Musco adoperta virenti manabat saxo vena perennis aquae. Liquidi fontes et stagna virentia musco. Viridis stillanti vellere muscus dependet. Saxa, vnde loquaces lymphae defiliunt.

FRIGVS.

FRIGVS. Arctoum, Hyperboreum, Scythicum, Sarmaticum.
Non tractabile. Frigoris asperitas. Boreae penetrabile
frigus.

FRVCTVS. Foetus arborei. Arborea pignora, patulis pen-
dentia ramis. Felicis arboris proles. VVA. Falerna, Mas-
sica, Methymnaea, Rhaetica. Certans purpureae. Pampi-
nea dulcis later uua sub umbra. Plena purpureo subrubet
uua meri. ROMA. Quae candida parte, parte rubent. Cur-
uati pomorum pondere rami. MALA CYDONIA. Cana
tenui lanugine mala.

FVGERE. Celerare (maturare) fugam. Fugies sublimi mol-
lis anhelitu. Pedibus timor addidit alas. Puluerulenta fuga
Rutuli dant terga per agros.

FVL MEN (Fulgur). Caducum, trifulcum. Vibratus ab ae-
there fulgor. Rumpens obscuras nubes, et terque quaterque
tremulum iubar ingeminans. Ignis hiantes caelo veniens.
Ignis per inane micans. Cadentes abruptis nubibus ignes.
Crebris micat ignibus aether. Flammis caelum miscetur.
Ignes ab aethere fulgent. Pater rubente dextra iaculatur
arces. Pater omnipotens ter clarus ab alto insonuit. Cae-
lum coruscat trifulcis ignibus. Tela (arma) Iouis. Triful-
cus ignis. Fulminis alae. Vis corusca fulminis. Ipse pater
media nimborum in nocte corusca fulmina molitur dextra.
Vid. ind. deser. v. Tempestas.

FVROR. Mens furiata, lymphata. Nigro rabies armata ve-
neno, foeda unguis, impexa comas et dente cruento. Prae-
ceps infania. Furor iraque mentem praecipitant.

FLV. Flumina (aquas, undas) frigore (glacie, glaciali com-
pede) sistens, constringens, tenens, vinciens, ligans, adstrin-
gens, frenans. Terras arua torpore ligans. Stant flumi-
na. Adstricto coit unda gelu. GLACIES. Arctoa, Sitho-
nia, Rhiphaea. GRANDO. Grandinis procella. Lapidosae
grandinis imber. Saxosae grandinis ictus. Tectis crepitans
salit horrida grando. Verberatae grandine vineae. NIX.
Caucasaea, Scythica, Sithonia, Rhiphaea. Terras albo vellere
regens, vestiens, induens. Niuei flocci. Vides ut alta stet
niue candidum Soracte? PRVINA. Arctoa cer.

HERBA. Graminis herba. Viridis camporum nitor. Herbae
gemmantes rore recenti. Tenero cespite terra viret.

HORROR. Obstupui, gelidusque comas ereberat horror. Me
luridus occupat horror. Conscia terrificus praecordia con-
cutit horror. Arrestaeque horrore comae, et vox faucibus
hae-

haesit. Mihi frigidus horror membra quatit, gelidusque coit
formidine sanguis. Gelidus Teucris per dura cucurrit ossa
tremor.

IGNIS. (*Vulcanus*). Vires ignis. Igneus feruor. Ignea vis.
Vulcania peffis. Vulcanum spargere testis. Furit immiffis
Vulcanus habenis. Agilis altas flamma percurrit trabes; tre-
mulum spargit iubar; horribili stridet sono. Vaga dilapfo
flamma Vulcano fumum properat lambere testum. Dant
clara incendia lucem. Respiciunt atram in nimbo volitare
fa-illam. Nigri spatiosa volumina fumi. Piceus vortex.
Vndans picea caligine nubes. Volat vapor ater ad auras.
Ater ad sidera fumus erigitur.

IMPERIVM. Moderamina rerum. Rerum habenae. Imperii fre-
na. Rerum cui summa potestas. Per populos dare iura.

INFERVVS (*Erebus, Tartarus, Orcus*). Ianua (alta ostia re-
gnum) Ditis. Stygiae fores. Auerni limen, fauces, specus.
Tartareum antrum. Immanes Erebi hiatus, profunda vora-
go. Taenariae limen irremeabile portae. Stygiae tenebrae.
Cimmerii lacus. Vasti silentia regni. Silentes nocte perpe-
tua domus. Luce carentia regna. Erebi nox, pallentes
umbrae, amnes. Tristes sine sole domus. Vmbrarum do-
mus. Infernae vndae. Tartari vada. Taenarii lacus. Do-
mus Stygiae, Taenariae. Plutonia regna. Exilis domus
plutonia. Furuae regna Proserpinae. Ditis vmbrosi domus,
aula, regia. Stygii testra tyranni. Nigri regia caeca Dei.
Pallida regna. Lugentes campi, vbi nil auditur, tristes prae-
ter gemitus, et verbera saeva, stridorem ferri, tractasque ca-
tenas. INFERNALIS FLVIVS. 1. STYX. Ignauae sta-
gna paludis. Stygia palus. 2. COCYTVS. Tarda Cocyti
palus, pigra vorago. Cocyti limus niger et deformis arun-
do. Ater flumine languido Cocytus errans. 3. ACHERON.
Turbidus coeno vastaue voragine gurgis. 4. PHLEGE-
THON. Igneus amnis. Ruptis voluens incendia flammis.
Ardentes Phlegethontis vndae. Feruoribus atris furit, atque
vstas sub gurgite cautes egerit, et scopulis pulsat flagrantibus
oras. 5. LETHE. Lethaeus liquor, amnis. Lethaeae obli-
viae ripae.

INGENIVM. Ingeni benigna (diues) vena.

INVIDVS. Liuentia pectora. Liuore maligno infectus. Obli-
quo liuore macer. Atra veneno, nigroque vndantia pectora
felle. Dente minus mordeor inuido.

I R A,

IRA. Aestus (fluctus) irarum. Vefans animi tumor. Irarum omnes effundit habenas.

IUVENTVS. Iuuentae spatium, flamma, calor, feruor, lumen, decus, vigor, robur, flos. Fortior aetas. Dum virent genua. Integer aevi. Viridi fidens iuuenta.

LABOR. Quantus equis, quantus adest viris sudor! Labor omnia vicit improbus.

LABYRINTHVS. Fallaces viae. Inextricabilis error. Fallacia testi.

LAC. Lactis s. lacteus humor. Niveum nectar, vbera manans. Lactis munera. **MVLGERE.** Vbera distenta (plena, grauida) exhaustire, ficcare, palmis pressare. Quam magis exhausto spumauerit vbera mulctra, laeta magis pressis manabunt vbera mammis.

LACRIMAE. LACRIMARI. Lacrimarum riui, flumina salsa, imber. Gutta per attonitas ibat oborta genas. Labitur ex oculis nunc quoque gutta meis. Tepido suffundit lumina rore. Largo humectat flumine vultum. Lacrimas sine fine dedi. Longosque ciebat incassum fletus. Nec lacrimis caruere genae. Oculis nec defuit imber. Ire in lacrimas. Solui in fletum. Lacrimis (fletu, imbre, rore) ora (vultum, genas) rigare, perfundere, suffundere, tingere, irrigare, polluere, spargere, humectare. Lacrimis implere finum. Lacrimis oculi rorantur obortis.

LYMEN (*lux, iubar*) Lucis nitor (fulgor). Luminis decor. Igneus candor. Fulgor auricomus. Tremulus splendor. Radium lux, splendor, fulgor, iubar.

LVNA. (*Vid. ind. Deor.*) Menstrua diua. Dea noctiuaga. Siderum regina bicornis. Lunae cornua rutilantia, micantia, fulgentia, argentea, aurea. Lunae orbis, iubar, facies, os, lampas. Quam nunc in cornua primum surgere, nunc plenam tumido splendescere vultu cernimus. Tacitae moderatrix noctis. Alma curru noctiuago Phoebe medium pulsabit Olympum. Iam tacito Dictynna polo rorantes agitabat equos. Lunaque nocturnos alta regebat equos. Tacitae sub amica silentia lunae. Siluis impendens aurea Phoebe. **LVNA DEFICIENS** (*eclipsis*). Orba sui fratris, noctisque immerfa tenebris. Cantatis luna laborat equis. **LVNA CRESCENS.** Noua crescendo reparabat cornua Phoebe. Luna reuertentes cum primum colligit ignes. **LVNA PLENA.** Orbem (cornua) implens, complens, explens. Orbe (vultu) pleno splendens. Plenum ostendit vultum rubicunda Phoebe. **LVNA**

NA

MA DECRESCENS. Orbem contrahens. Nouaeque pergunt interire lunae.

MACIES. Iam lumina retro exelis fugere genis, jam lurida sola tecta cute et venis male iuncta trementibus ossa exstant confusis visis deformia membris.

MARE. Velinolum, undisonum, fluctuagum. Magnas obvertunt terras *aequora*, medias cingentia terras. *Freta* caerulea. Aequoris vnda. Aequoreae aquae. Salsae vndae. Liquidarum campus aquarum. *Pelagus* patens. Vastum maris aequor. Vada caerulea. Arua Neptunia. Nerei vada (stagna). Thetyos aula, sinus. Oceani vndae. Alta (profunda) pelagi. Spumantia *ponti* aequora. *Caerulea*. Tremuli *salis* vndae. Spumae falis. Insiduum *marmor*. Marmora ponti. (*Oceanus*, *Amphitrite*, *Nereus*, *Thetys* pro *Mari*). MARE

TRANQVILLVM. Pax alta maris. Iacet sine murmure pontus. Cum placidum ventis staret mare. Saeua quierunt aequora. Pelagi cecidit fragor. Sternitur aequor aquis.

MARE TVRBATVM. Tumidis albuin fluctibus. Ventis tumens surgentibus. Horridum procellis. Voluens ad littora ingentes fluctus. Infesta pelagi rabies. Ira maris. Feruent spirantibus aequora ventis. *Fluctus* infano murmure strident, resonant, littora frangunt, feriunt, tundunt, pulsant. Vnda tumet. Cumuli aquarum. Agmen aquarum. Praeruptus aquae mons. Montes voluuntur aquarum. Crescentia surgunt aequora.

MARMOR. Parium, Mygdonium, Phrygium, Idaeum, Spartanum, Hymettium. Phrygius lapis. Parium saxum. Marmoreus nitor.

MEDICINA. Ars Apollinea, Phoebea, Machaonia, Paeonia.

MENSIVM NVMERI. 1. Cornua cum lunae pleno semel orbe coissent. 2. Ante reuersurus, quam luna bis impleat orbem. 3. Tertia iam lunae se cornua lumine complent. 4. Luna quater latuit, toto quater orbe recreuit. 5. Luna resumebat quinto noua cornua motu. 6. Sexta resurgebant orientis cornua lunae. *et.*

MESSIS. Ceres flaua, rubicunda. Falcem maturis supponere aristas. Messim (aristas, arua flauentia, demetere, succidere, falce secare, prosternere. Flauis aruis messorem inducere. Ceres falce relecta cadit.

METALLA. AVRVM. Lydum, Callaicum. Auri vis, potestas. ARGENTVM. Argenti lamina, pondera, talenta, iplen-

splendor. AES. Aeris metalla. FERRVM. Ferri rigor, durities.

MILES. Fulgentes procul armis ceteruae. Mauortia pubes. Fortia bello pectora. Experti bello iuvenes.

MONS. Tangens (contingens, petens, feriens, pulsans) sidera (astra, nubes) vertice. Caput inter nubila condens. Montis subline cacumen. Nimbosa cacumina montis. Ardua montis. Montis supercilium. Nubiferi montes et saxa minantia caelo. Rigit ardua montis aetherei facies. Stat sublinis apex, ventosque imbresque serenus despicit, et tantum fessis infiditur astris.

MORBUS. Vis morbi. Morbi contagia, semina. Morborum examina. Variæ pestes. Noua febrium terris incubuit cohors.

MORS. Tenebris mors adoperta caput. Dura inclementiae mortis. Improvisa leti vis. Macurior vis. Leti necessitas corripuit gradum. Summa dies. Atræ dies. Funus acerbum. Exstinctus crudeli funere. Vita fugit densaeque oculos pressere tenebrae. Olli dura quies oculos et ferreus vrget somnus, in aeternam clauduntur saecula noctem. Quinctilium perpetuus sopor vrget. Nostros mors claudet ocellos. Cum vacuas fuero dilapsus in auras. Ire sub umbras. Lumina mors clausit. Omnis dilapsus calor, atque in ventos vita recessit. Lumine cassus. Cui iucundum lumen ademtum. Morte peremptus.

MULTITUDO. Vnda vulgi. Agmina densa virum. Huc omnis turba effusa ruebat. Ingentem foribus domus alta superbis mane salutantium totis vomit aedibus vnam.

MUNDVS. *Per totum mundum.* Qua terra patet. Qua laram Nereus caeruleus ambit humum. Qua sol utramque recurrens adspicit Oceanum. Qua sol habitabiles illustrat oras.

MYSICA. Vocum grata discrimina. Dulcisoni modulamina cantus. Numeri dulcisoni. Laetum murmur. Dulcisonum melos. Cantu aërem mulcere, ferire. Concentibus late loca implere. Liquidum fundere ab ore melos.

NATARE. Aquas (vnam, liquidas vias) nando (pectore, brachiis, manu, lacertis, corpore) secare, findere, frangere, pellere, dimouere, pulsare, percutere, verberare. Pendere aquis.

NAUFRAGIVM. Per immensas iactabor naufragus vndas, nostraque longinquus viscera piscis edet. Nauis lacera, fracta. Nauis soluitur, atque viros mediis exponit in vndis. Fragmina

mina remorum, antennarum. Tollitur ingens clamor ad astra; quaerit leti sibi quisque fugam; alii lacerae puppis tabulis haerent nudi; repetunt alii littora nantes; multos mergunt fata profundo.

NAVIS. Fragilis (cerata, credula) *ratis*. Fragile lignum. Longa (velifera, vincta) *carina*. Profuga *puppis*. Festina *prora*. Nautica pinus. Vincta abies. Alnus cauata. Trabs caua, Cypria. NAVIS PRIMA s. ARGO. Nauis (ratis, pinus, arbor) Aemonia, Thessala, Pelias, Argolica, Argoa, Peliaca, Iasonia. Ratis Mineruae. Prima malas docuit, minitantibus aequoris vndis Peliaco pinus vertice caesa vias; o vtinam Argo funestas pressa bibisset aquas. — Natat vincta carina. Labitur vincta vadis abies, sulcat, findit vndas *cer.* *Vid. navigare.* Accipit vnda rates.

NAVIS ARMAMENTA. ANCORA. Ancorae dens, morsus. Dente tenaci ancora fundabat naues. Fessas naues vincto alligat ancora morsu. Ancora de prora iacitur, flant litore puppes. CLAVVS. Clavi moderamen. Regimen carinae. MALVS. Arbor velifera. Velifera robora mali. Ardua pinus. VELA (*carbasa, lintea*). Malo pendentia, fluitantia. Velorum alae. Carbasei sinus. Vela secundi intendunt Zephyri. REMI. Remorum pulsus, impulsus, ictus, verber, fragor, sonus. RVDENTES. Insequitur clamorque virum stridorque rudentum.

NAVIGARE. Nauibus (rate, puppe, classe, caua trabe, curua trabe, carina) maria (profundum, freta, pontum, vada falsa, tumidum mare, aequora, vndas immensas) secare, findere, sulcare, scindere, metiri, tranare, currere, legere, perimetiri. Maris aequor arare. Tentare Thetin ratibus. Pelago volare, vehi, ferri. Per aequor labi, gradi. Ire per vndas, altum. Tendere iter velis. Classe tenere iter. Volui vndis. Vela dare. Ducere vela falo. Conscendere nauibus aequor. Nauem vento committere, Euri credere. Fragilem pelago ratem committere. Dubiis committere flatibus alnum. Leni pandere vela Noto. Dare classibus austros. REMIGARE. Freta (aquas, aequor, infidum marmor *cer.*) remis verrere, mouere, sollicitare, sulcare, findere, pulsare, impellere, eruere, torquere, verberare. Remis insurgimus; haud mora, nautae adnixi torquent spumas et caerula verrunt. Spumas salis aere ruebant. Remis incumbere. Aquas remigio findere. Carpere iter remo. Adductis spumant freta versa lacertis. NAVEM SOLVERE. A terra conuellere funem. Vides toto properari litore circum; idem omnes simul ardor habet, rapiuntque,

que, runntque; littora deseruere, latet sub classibus aequor. Prouehimur portu, terraeque vrbesque recedunt. NAVEM APPELLERE. Terris aduertere proram. Oris allabi. Applicari ad oras. Littora tangere. Littora me accipiunt. Portum subire. Tellure (arena) potiri. Aduerti arenae. Confidere portu. Puppibus nautae laeti imposuere coronas. Coronatae portum tetigere carinae.

NAVTA. Sulcator ponti. Pubes nautica. Neptunicolae. Pontuagi iuuenes, focii. Per omne audaces mare qui currunt.

NOX. Noctis vasta silentia. Nox somni genitrix, curarum domitrix. Placidam redimita papatere frontem. Furuo circumdata peplo. Nox venit et secum somnia nigra trahit. Suadens placidos nox humida somnos. Mortalia curis corda leuans. Inuoluens umbra magna terramque polumque. Stellantes picta sinus. Humentibus umbris nox operit (tegit) terras, nigro caelos praetexit amictu, fuscis tellurem amplectitur alis. Astra ignea surgunt. Sub obscurum noctis. Frigida cum tacitae tempora noctis eunt. Nox obscura caligine terras textit; terras pontumque tenebris condidit; nigro polos inuoluit amictu; diem nigrantibus abstulit umbris. Iam color vnus inest rebus, tenebrisque teguntur omnia, iam vigiles conticuere canes. Nox atra caua circumuolat umbra. Coeperat humenti Phoebum subtexere palla nox et caeruleam terris infuderat umbram. Merferat umbra diem, sparsa nox humida somno languida caeruleis inuexerat otia bigis. Donec nox atro circumdata corpus amictu nigrantes inuexit equos suasitque quietem. Vbi caelum condidit umbra Iuppiter, et rebus nox abstulit atra colorem. Iamque dies caelo concesserat, almaque curru noctiuago Poebe medium pulsabat Olympum. NOX MEDIA (*intempesta*). Iamque fere mediam caeli nox humida metam contigerat. Torquebat medios nox humida cursus. Canis et variae conticuistis aues. Iamque quiescebant voces hominumque canumque, lunaeque nocturnos alta regebat equos. Tempus erat, quo cuncta silent. Nox grata laboratae referens obliuia vitae. Pacem nocte datam mortalibus orbis agebat. Nox erat et caelo fulgebat luna sereno inter minora sidera.

NVBES. Nubes conrescunt, ex oculis caelumque diemque eripiunt. Fugit aurea caelo luna, tegunt nigrae latitantia sidera nubes. Moeftam tenuerunt nubila lucem. Aër nimbosus. Nigrantes globi.

NUMERVS INFINITVS. Quorum numerum comprehendere non est. Vere prius flores, aestu numerabis aristas, poma per auctumnum, frigoribusque niues, quam *cer.* Littore quot conchae, tot sunt in amore dolores: quot punica sub lento cortice grana rubent: Gargara quot segetes, quot habet Methymna racemos, aequore quot pisces, fronde reguntur aues: quot in aethere sidera lucent: quot apes pascuntur in Hybla: quot feras alit silua: quot piscibus vnda natatur: quot habet Hybla fauos, grana papauer, caelum stellas, baccas Palladis arbor, silua frondes, litus arenas, fretum pisces, terra flores, messis aristas, natura colores, terra Cilisia crocos: quot in ilice glandes: quot fluctus littora tundunt.

NUMQVAM. *Ante f. prius* iungentur freta sideribus: Hispanus Gangem hibet, Indus Rhenum: flumina ad caput labentur ab aequore retro (ad fontis sunt reditura caput): iungentur capreae lupis: adulterabitur columba miluio: Padus Matina lauabit cacumina: amabit falsa leuis hircus aequora: in mare celsus procurret Apenninus: lupus timebit oves: canis terga dabit lepori: delphin assuescet siluis: aper amabit aquas: caelum findetur aratro: mergus aquas spernet: leues pascuntur in aethere cerui: conuersus sol recurrit equis: flamma per incensas sedabitur aristas.

OCCIDERE. Neci (morti, Orco) mittere, demittere. Sub Tartara mittere. Humi fundere. Ferro sternere. Pectus (latus, praecordia, viscera) ferro (gladio, mucrone) figere, fodere, perforare, frangere, traicere. Ensem pectore condere, capulo tenus abdere. Ferrum per pectus agere, adigere, exigere, in viscera mergere, demittere. Ensis transadigit costas et candida pectora rumpit. Parentis frangere ceruicem et penetralia spargere nocturno cruore hospitis.

OCCISVS. Crudeli morte perentus. Sanguine tinxit humum. Procubuit moriens. Voluitur Euryalus leto, pulchrosque per artus ir cruor, inque humeros cervix collapsa recumbit. Ille fronte ferit terram, et crassum vomit ore cruorem. Galido tellurem sanguine foedat. Cumque anima cruor est effusus in auras. Impleuitque sinum sanguis, tum vita per auras concessit moesta ad manes, corpusque reliquit. Arena porrectus. Sparcae caede iacent comae. Rutilum vomit ille cruorem, et resupinus humum moribundo vertice pulsat. Confixi exspirant; multo vitam cum sanguine fundunt. Labitur exsanguis, labuntur frigida leto lumina. Soluuntur frigore membra.

- Terram ore momordit. Crines puluere collines. Turpe solum tetigere mento. Vita cum gemitu fugit indignata sub umbras. Collapsos artus atque arma cruenta cerebro sternit humi moriens. Sanguinis ille vomens riuos cadit. Purpuream vomit ille animam. Iacet ingens littore truncus, auulsumque humeris caput, et sine nomine corpus.
- OCVLI. Luminis orbes. Geminae acies. Acies luminum. *Lumina.*
- OLEVM. Succus canentis oliuae. Semper frondentis oliuae munus, donum, latex. Palladius liquor. Pinguis *Pallas.*
- OMEN L. PRODIGIVM. Horrifici diuom monitus. Trillia caelo monstra. *Prodigiorum multitudinem vid. ap. Virgil. Ge. 1, 466.*
- ORBIS IV PLAGAE. 1. ORIENS. Solis ortus. Orientis orae. Eoae plagae, vndae, orae. Eous tractus, orbis, ortus. Eoa tellus. Eoam littus. Aurorae domus. 2. OCCIDENS. Plagae (partes, vndae) Hesperiae, occiduae. Sol (orbis, axis) occiduus. Tartessia littora. Hesperium cubile solis. Occiduo quae littora sole tepefcunt. 3. SEPTENTRIO. Parrhasius, Lycaonius, Scythicus. Gelidi triones. Arctos Maenalia *cer.* Parrhasiae virginis axis. Tellus Erimanthidos vrsae. Boreae domus. Axis Boreus. Gelidi Aquilonis ortus. 4. MERIDIES. (*Auster.*) Arua sole medio flagrantia. Austri calentis arenae. Madido sub austro.
- PANIS. Donum Cereris. Cerealia munera. Dona laboratae Cereris. *Ceres.* Ceres saxo perdomita, fracta, trita.
- PASCVA. PASCI. Herbosi campi. Virides herbae. Mille greges illi totidemque armenta per herbas *errabant.* Ludit herboso pecus omne campo. Mille meae Siculis errant in montibus agnae. Gramina morsu tondent, depascunt, depascuntur, detondent, carpunt. Non ego vos posthac dumosa *pendere* procul de rupe videbo.
- PASTOR, Pecoris magister, custos. Dux gregis. Custodes onium.
- PATRIA. Patrii Lares. Lar patrius. Patrii fines. Patriae sedes. Patriae limina sedis. Patria humus. Natalia rura. Patrii foci, Terra paterna. Natale solum.
- PAUPERTAS. Vrgens duris in rebus egestas. Res angusta domi. Res curta, parua. Tenuis fortuna. Sordida paruae fortuna donus. Angusti Lares. Frigens et sine luce focus. Curta supellex. Tui Catulli plenus sacculus est arancarum.

FICTOR,

PICTOR. Arte Parrhasia potens. Apellea insignis in arte. Li-
quidus coloribus sollers nunc hominem *ponere*, nunc Deum.

PISCIS. Fluminis (maris) incola. Grex squamiger. Squami-
gerum genus. Agmina muta (caerulea turba) natantum. Cae-
ruleae cateruae. Aequoreum pecus. Lubrica pisces agmina.
Maris immensi proles et genus omne *natantum*. **CETE.** Im-
manis bellua ponti. **PHOCAE.** Nereï pecus. Proteï armē-
ta. Vasti gens humida ponti. **DELPHIN.** Arionius. Piscis
Arioniae fabula nota lyrae. Ludens vario per caerulea cursu.

PISCATOR. Moderator arundinis. Aequoreus populator. Ca-
lamo (hamo, arundine, lino) pisces ducere, trahere, decipere,
fallere, praedari. **RETE.** Humentia lina. Plagarum anfractus.

PLANETAE. **SATVRNVS.** Falcigeri senis fidus. Frigida Satur-
ni stella. **IVPITER.** Commoda Iouis sidera. **MARS.** Ruti-
lanti fidere Mauors. Stella Gradiui. Mauortius ignis. **VENVS.**
Veneris astrum. Idalii ignes. Cythereus (noctifer) ignis.
MERCVRIVS. Cyllenius ignis.

PLVIA. Pluuiæ (assiduæ) aquae. Caelo demissus humor.
Ruptis effusus nubibus imber. Agmen aquarum ingens caelo
venit. Graues pluuias aether concitat. Effusis imbribus atra
tempestat furit. Ruit arduus aether. Iuppiter laeto descendit
plurimus imbri.

PLVIVS ARCVS. Mille trahens varios aduerso sole colores.
Qualis ab imbre solet percussus solibus arcus inficere ingenti
longum curuamine caelum. *Iris.* Vid. *ind. Deor.*

POËTA. Aonius, Pierius, Apollineus. Musarum sacerdos. Quem
puerum lauro cinxere virenti Pierides. Quem Melpomene
nascentem placido lumine vidit. Pieridum comes. Musis ami-
cus. Spiritum Phoebus mihi, Phoebus artem carminis no-
menque dedit poëtae. Vatum chorus. Turba Aonia. Laurigera
cohors. Est Deus in nobis, sunt et commercia caeli.

POËTAE QUIDAM NOBILES. **HOMERVVS.** Maeonius vates,
senex. Conditor Iliados. Troiani belli scriptor. Smyrnaeus
vates. Princeps Heliconis Homerus. **VIRGILIVS.** Andinus
vates. Andini sublimis Musa Maronis. **PINDARVS.** The-
banus vates. Cynus Dircaeus. **HORATIVS.** Vates Venu-
sinus. Calabri vatis lyra. Romanae fidicen lyrae. **OVIDIVS.**
Pelignus poëta. Pelignae gloria gentis. Pharetrati lutor
amoris. **CATVLLVS.** Quo se Verona iactat. Lasciuus Musa
Catulli. **TIBVLLVS.** Cultus. **PROPERTIVS.** Quo Cyn-
thia vate superbit.

PORTVS. Hospita tellus. Hospitium arenae. Statio fidissima nautis. Portus littora. Tranquillo curuantur brachia portu.

POTARE. *Aquam.* Nuda captare manu fontem. Sitim multa compescuit vnda. *Vinum.* Indulgere mero. Vino se proluere. Impleri veteris Bacchi. Pocula (cados, crateras, cullulos) ducere, exsiccare, vertere. Diem mero frangere. Beare se interiore nota Falerni.

PVDOR. Totis erubuisse genis. Erubere genae. Manat confcius ore rubor. Rubor ora (vultus, genas) subit, pingit, succendit, incendit, perfundit, suffundit, colorat, inficit, tingit.

PVGNARE. Concurrere telis. Decernere ferro. Miscere proelia. Immiscere manus manibus. Duri certamina belli conferre. Conferrae campis acies, multusque per arua feruebat Mauors.

PVLCHER. Formae decore (nitore, munere, dotibus) praestans. Praestanti corpore. Forma pulcherrimus. Ante alios pulcherrimus omnes. Quo pulchrior alter non fuit; tantum egregio decus enitet ore. Non labra rosae, non colla pruinæ, non crines aequant violæ, non lumina flammæ. Quanto splendidior, quam cetera fidera, fulget Lucifer, et quanto, quam Lucifer, aurea Phoebe, tanto virginibus praestantior omnibus Herse. Amor virentis et doctæ plallere Chia pulchris exuebat in genis. Nitor et vultus nimium lubricus adspici.

PURPURA. Sidonia, Tyria. Muricis Tyrri rubor. Purpurarum fidere clarior vsus. Lanae bis Afro murice tinctae.

RIDERE. Dulce ridere. Olli subridens hominum sator atque Deorum vultu, quo caelum tempestatesque serenat.

RVPES. Attollunt caelo iuga saxea rupes (cautes). Gemi ni minantur in caelum scopuli. Stabat acuta silex praecisis vndique saxis. Saxis suspensa rupes. Saxea moles. Salsa spumans adspersine cautes. Vastum quae prodit in aequor obuia ventorum furis.

SACRIFICIVM. Ara cruore pecudum tincta, imbuta. Tepidus cruor fumabat ad aras. Illius aram saepe tener nostris ab ouilibus imbuet agnus. Multa tibi ante aras nostra cader hostia dextra. Sollemnes taurum ingentem maclabat ad aras.

SALTARE. Choreas ducere, agere. Exercere choros. Alternio terram quatunt pede. Pedibus plaudunt choreas, humum pelunt, quatunt. Pede libero pulsanda tellus.

SAN-

SANGVIS. Calidum flumen. Sanguineus imber. Cruenti rores.
Stetit imbri cruento informis facies. Purpurea anima.

SEGES. Pharia, Libyca, Cinyphia. Sata laeta, boumque labores. Ruris opes. Seges lactens, viridi herba luxurians, spicis inhorrens, flauens maturis aristis. Laetae fruges. Viridis contegit arua seges. Molli paulatim flauescit campus arista.

SEMPER. Donec erit tellus, sidera donec erunt. Dum iuga montis aper, fluuios dum piscis amabit, dumque thymo pacentur apes, dum rore cicadae. In freta dum fluuii current, dum montibus umbrae lustrabunt conuexa, polus dum sidera pascet. Dum robora tellus, dum caelum stellas, dum vehet amnis aquas. Dum mare pisces habebit; dum pabula mollia campus; dum bruma nives. Dum multis vna tumebit: oceanus circumfluet orbem: cader falce resecta Ceres: sol lustrabit Olympum: pendebit in aëre tellus: Luna amissos recolliget ignes: frigidus Ister erit, tepidus Ganges.

SENATVS. Sacer ordo patrum. Flos virorum. Consilio potens, sanctus senatus.

SENECTVS. Pylia, Tithonia. Veniet tacito curua senecta pede. Anni fragiles et inertior aetas. **CANI.** Iam mihi deterior canis adspersitur aetas. Iam mea cygneas imitantur tempora plumas, inficit et nigras alba senecta comas. Capitis nives. **RVGAE.** Ruga senilis frontem (vultum) arat, sulcat, findit.

SENX. Aevo iam senior, grauior. Aeui maturus. Iam frigidus aevo.

SEPVLCRV. Excelso coacernatum aggere bustum. Mea cum tumulus contexerit ossa molliter. Conde sepulcro, sedibus vt saltem placidis in morte quiescam. Tumuli marmor. Sepulcro reddere, supponere. Terra (humi, humo) condere. Ingesta humo tumulare, contumulare, tegere. Accipiat cineres terra paterna meos.

SEQVI. Terga sequi. Pressa pedum signa s. vestigia sequi, seruire, legere, premere. Subsequitur pressoque legit vestigium gressu. Inque tuis ponam pressis vestigia signis.

SERENITAS. Dies innubis, pluuiis ventisque carens. Nulla temeratum nube serenum. Nube solet pulsa candidus ire dies. Iucundi facilis clementia caeli. Aether large diffusum lumine ridens.

SERERE. Semen iactare aruis; spargere humi, (humo); sulcis vel terrae dare, mandare, committere, credere; humo tegere,

condere; fulcis obruere. Debita fulcis committere semina. Anni spem credere terrae.

SERTENS. Libycus, Maurus. Maculis insignis et auro. Squamea conuoluens sublato pectore terga. Sinuosa volumina versans. Ardens oculos, et sibila colla arduus attollens. Sibila colla tumens, linguisque coruscans.

SILVA. Nemus frondeum. Reparat viridans frondea testa nemus. Nemorum umbrae, spissae comae, saltus. Densa niger ilice lucus. Caligans nigra formidine lucus. Stat vetus et densa praenubilus arbore lucus.

SOL. (Vid. ind. Deor.) Lucis auctor. Terrarum lustrans spatia omnia flammis. Rex astrorum. Menfor aethrae. Phoebi iubar, vultus, os. Solis radii, lucida tela. Phoebi currus. Hyperionis axis. Titanis ardor. Vis Solis. Phoebea lampas. SOL DEFICIENS. Sol atra caligine merfus, nigro velamine reclusus. Caput Sol occulit, vultus condit, ora tegit. Tegitur ferrugine Phoebus Ibero.

SOLATIVM. Dari solatia casus. Laborum dulce leuamen (lenimen). Curarum requies. Deformis aegrimoniae dulcia alloquia.

SOMNVS. Endymioneus, Lethaeus. Dulcis et alta quies. Somnus cutarum domitor, noctis amicus, confanguineus leti. Placidi munera somni. Noctis amica quies. Placidissime, somne, Deorum. Somno succumbere. Nec unquam soluitur in somnos, oculisue aut pectore noctem accipit. Placidum carpebant fessa soporem corpora per terras. Sopor fessos artus occupat, complectitur, irrigat, laxat, soluit, alligat. Pressit iacentem dulcis et alta quies. Somnus lumina premit, condit, vincit. Lumina cum placido victa sopore iacent.

STATVA. Viuis certantia vultibus aera. Aera spirantia.

TEMPESTAS. Hiems tristis, aspera, faeva, nimbis et grandine feruens, stridentibus horrida nimbis. It toto turbida caelo tempestas. Toro sonuerant aethere nimbi. Horrida tempestas caelum contraxit, et imbres nivesque deducunt Iouem.

TERRA. Omnipotens, daedala, magna. Omniparae Telluris opes.

TERRAE MOTVS. Insolitis tremuerunt motibus Alpes. Tremere omnia visa repente. Sub pedibus tellus commota vacillat.

TIN-

TINGERE LANAM. Tyrium quae purpura sensit ahenum. Tincta Sidonio murice lana. Lanam (vellera) colore (fuo, veneno, murice) medicare, fucare, imbuere. Discet varios mentiri lana colores.

TONITRUM. Horrida caeli murmura. Fragor toto caelo reboans. Horrisonus aetheris tumultus. Tremendo Iuppiter ipse ruens tumultu. Magno misceri murmure caelum incipit. Quantus ab aethereo personat axe fragor! Horrifico caelum tonat omne tumultu. Tonat alti regia Caeli. Tonitruque tremiscunt ardua terrarum.

VENATOR. VENARI. Nemorum studiosus caedisque ferinae. Venatu inuigilans, silvasque fatigans. Studia exercere Dianae. Manet sub Ioue frigido venator. Volatabris pullos siluestribus apros latratu turbabis agens, montesque per altos ingentem clamore premes in retia ceruum. Trudit hinc et hinc multa cane apros in obstantes plagas. **CANIS VENATICVS.** Odora canum vis. Tacito premens vestigia rostro, mersa nare legens.

VENENUM. Colchicum, Thessalum, Thessalicum, Marsum, Lernaenum, Gorgoneum, Stygium, vipereum. Letales succi. Toxicum dira, Circes (Medeae) trita manu.

VENTVS. Ventorum flamina, flatus, flabra. Caeca volutans murmura. Fratres Aeolii. Ventosa potentia. Ventri rabies, turbo, ira, minae, flatus, murmur: potens ponere seu tollere freta. Maris arbitri, Aeolio carcere missi. **AQUILO.** Thracius, Threicius, Aedonius, Odrysius, Scythicus, Rhiphaeus, Sithonius, Arctonius. Aquilonis animosa flabra. Hyperboreis Aquilo cum ab oris incubuit. **NOTVS.** Libycus. *Auster* fulmine pollens, niger imbribus. **EVRS.** Eous, Nabathaeus, Phoebeus. **ZEPHYRVS.** Pater veris. Lenia flabra mouens. **AFRICVS.** Praeceptus, creber procellis.

VINVM. Massicum, Falernum, Mareoticum, Maronaeum, Lesbium, Coum, Chium, Caecubum, Calenum, Setinum. Bacchi munera. Latex Lyaeus, Leneus. Bacchi humor, munera. Iocosi munera Liberi. Lesbium nectar. Bacchicus liquor, latex. *Bacchus. Liber. Lyaeus. Leneus. Iacchus.* Bacchus laetitiae dator.

VITA. Angustae miseraeque breuissima vitae portio. Vitae summa brevis.

VIVERE. Quem si fata virum seruant, si vespitur aura aethera, nec adhuc crudelibus occubat umbris. Dum lumen vi-